Deo Optimo Maximo.

Syntheses Pharmaceuticæ tum Galenicæ tum Chymicæ è Codice Medicamentario Parisiensi depromptæ — Celeberrimo Parisiensium Pharmacopœorum ordini publicè Submittendæ Duce et Moderatore Petro Josse Pharmacopœorum Parisiensium Socio.

E Galenicis

Syrupus Capillorum Veneris

℞ Capillorum Veneris Canadensium unciam unam
infundantur per duas horas in - - -
Aquæ Bullientis - - - - libris sex.
Coletur liquor et cum
Sacchari Albi - - - libris quatuor.
Fiat Syrupus aquâ Naphæ si lubet aromatisandus.

Syrupus Magistralis Astringens

℞ Rhei electi tenuiter concisi ℥i ß.
Santali Citrini } ana drachmam unam.
Cinnamomi }
Myrobalanorum citrinarum unciam unam.
Macerentur in vase clauso per duodecim horas leni calore, in - - - -
Decocti Plantaginis - - libris tribus.
Cola. Tum
℞ Rosarum rubrarum exsiccatarum - - - - - - - - uncias duas
Balaustiorum - - - unciam unam
Succi Berberis - - } ana uncias quatuor.
Ribesiorum - - }
Macerentur eodem modo per duodecim horas in - - - - - -
Aquæ Rosarum - - - - unciis octo.
Fiat colatura cum expressione. Ambæ colaturæ simul mixtæ et defæcatæ, cum Sacchari albissimi librâ unâ et semis coquantur secundum artem in Syrupum.

Extractum Aloës

℞ Aloës Soccotorinæ contritæ quantum vis.
Mitte in vas idoneum, affundendo - -
Aquæ ferventis sufficientem quantitatem.
Solve Balneo Maris, liquorem cola et decanta. Vaporet Balneo Maris in vasis faventinis planis ad siccitatem.

Hiera Picra

℞. Cinnamomi - - }
Macis - - - }
Radicis Asari - - } ana drachmas sex
Croci - - - }
Mastiches - - - }
Aloës Soccotorinæ uncias duodecim
Mellis optimi - libras tres.
Fiat Electuarium secundum artem.

E Galenicis.

Pilulæ Balsamicæ Mortonii.

℞ Pulveris millepedum præparatorum - - - - - - drachmas sex.
Gummi ammoniaci electi - - - - - - - drachmas tres.
Florum Benzoini - - drachmas duas
Croci - - - - - - } ana
Balsami Peruviani sicci - } scrupulum unum.
Balsami Sulphuris anisati sufficientem quantitatem, misce fiat Massa secundum artem

Unguentum Mercuriale Citrinum

℞ Mercurii crudi Purificati uncias duas
Spiritus Nitri quantum satis ad dissolutionem peragendam; quâ peractâ et refrigeratâ.
℞. Axungiæ Suillæ repurgatæ libras duas
Tere in Mortario Marmoreo sensim sine sensu affundendo dissolutionem Mercurii supra dictam. Simul ac commixta fuerint omnia, mixturam cito impone chartulis, in modulos plicatis: paulo post indurescat Axungia in formam tabellarum, et erit unguentum.

Emplastrum Norimbergense

℞ Minii - - - - - uncias octo
Olei ~~A...~~ Rosarum - - uncias viginti.
Ceræ flavæ - - - libram unam
Caphuræ - - - - } ana
Sebi Cervini - - - } dragmas sex.
Aq. Communis - - quantum satis.
Fiat secundum artem Emplastrum.

E Chymicis

Spiritus, Sal volatile et oleum Succini

℞ Succini flavi contriti - - Quantum volueris.
Inde retortæ terreæ aut vitreæ loricatæ, capaci orificiique amplioris; adapta receptaculum — amplissimum; Distilla igne Primùm leni, et Phlegma stillabit: auge sensim ignem; Spiritus, Sal volatile, et oleum prodibunt: Sal parietibus receptaculi concretum adhærens exime, si velis, vel receptaculum agita, ut concretum Sal, (additâ si lubet aquâ calidâ) — colligatur et dissolvatur. Oleum a Spiritu per chartam bibulam prius aquâ madefactam separetur. Spiritum sale imbutum in cellâ reponæ: concrescent crystalli; aliquoræ, qui Spiritus nuncupatur, separandæ; Oleum quod rufescens est vel nigricans, rectificetur mixtum cum ossibus ad albedinem calcinatis, et distillatum — secundum artem.
Quod prodibit primum oleum, erit Album, dein flavum postremo rubrum. Singula dum prodeunt excipe et serva.
Nota. Primum oleum diù servabitur Album, si cum aquâ iterum Balneo maris ex retortâ vitreâ distilletur.

E Chymicis.

Sal Polychrestum Solubile, vulgò de Saignette.

℞ Cinerum Kali Alicantini. Quantum volueris.
Ex his, secundum artem, lixiviorum ope extrahatur, Sal quod ad fusionem calcina usque, ut ex eo Sulphur auferatur Solve, et filtra, crystallos obtinebis albas et purissimas. Tum
℞. Cremoris tartari - - - - - - uncias viginti.
Superaffunde Aquæ bullientis - - - libras quatuor.
et adde crystallorum Kali circiter - - libram unam.
vel quantum sufficit ad punctum saturationis.
Tunc solutio vaporet Balneo maris. Filtra, et repone in loco frigido ut concrescant Crystalli.

Flores Benzoini.

℞. Benzoini electi crassiusculè contriti quantùm vis.
Mitte in ollam fictilem, desuper ritè adaptato cornículo — papyraceo in modum capitelli; igne leni fiat Sublimatio. Refrigerato vase et cornículo, flores albos obtinebis, singulis horis colligendos, donec flavi succedant.

Elixirium Cordiale et Stomachicum vulgò De Garus;

℞. Aloës - - - - - - - - uncias duas et semis
Myrrhæ - - - - - - - semi unciam
Croci Orientalis - - - drachmas duas.
Cinnamomi acuti - - - }
Caryophillorum - - - } ana scrupulum unum
Nucis moschatæ - - - }
Mitte in matratium affunde
Spiritus vini Aquavitæ dicti libras duas
aquæ communis - - - uncias duas.
Digere ut artis est per duodecim horas. Distilla Balneo maris ad siccitatem. Tum.
℞. Spiritus distillati - - - } ana
Syrupi capillorum Veneris - } partem æqualem.
Aquæ essentialis florum Arantiorum - Q. S.
Misce et post aliquot dies decanta. Fiet Elixirium.

Laudanum liquidum Sydenhamii

℞ Opii selecti in taleolas secti - uncias duas
Croci - - - - - - - unciam unam
Cinnamomi - - - - - }
Cariophyllorum pulveratorum - } ana drachmam unam.
Mitte in vas idoneum. Affunde.
Vini Hispanici - - - - libram unam.
Digere per aliquot dies, Balneo maris vas identidem agitando. Cola, et serva.

Antimonium Diaphoreticum.

℞. Reguli antimonii - - partem unam.
Nitri Purissimi - - - partes duas.
Pulverata misce. Cochleatim injice in crucibulum candens, singulis vicibus detonent. Peractâ omni detonatione, augeatur ignis per duas circiter horas. iis elapsis auferatur massa alba adhuc calens - - Refrigerata tundatur in pulverem edulcorandum aquâ frigidâ lotionibus pluriès repetitis, donec aqua nullo sapore imbuatur.
Nota. quòd massa alba servari quoque potest in vase vitreo accuratè clauso, absque lotione, et erit Diaphoreticum Minerale non lotum.

Quarum Synthesium Selectissimas Species publicè exponet L. J. B. Bouillon delagrange Parisinus. et de illis disserere, ac enarrare quæ tùm ad historiam Naturalem, tum ad artis praxim pertinent. Tentabit. die Sabbati vigesimâ octavâ Mensis Julii A. R. S. H. M. DCCLXXXVII.
Illas vero Syntheses diebus Lunæ Martis et Mercurii sequentibus conabitur perficere
Perfectas tandem Oculis et Examini Peritissimorum Magistrorum subjiciet, die Jovis subsequenti secundâ Mensis Augusti. horis Matutinis in Pharmacopœorum Parisiensium Ædibus et Collegio. Viâ vulgò de l'Arbalêtre

Pro Solemni Cooptatione

Has operationes è Codice depromptas vidimus ac probavimus, die sextâ mensis julii, anni millesimi septingentesimi octogesimi septimi. Joliev de La Rouillais Pharmaciæ professor — Trucher Delafontine alter Pharmaciæ Professor — Ed. J. Bouhru, Decanus — Vidimus Collegii — Bataille — Solomé — Charlard — [illegible]